

IN  
OMNES CA-

THOLICAS EPISTOLAS,

*Acta Apostolorum, Apocalypsim, ac  
nonnullos Hymnos ecclesiasticos, Com-  
mentarij doctissimi, summa diligentia  
emendati & recogniti, D. Dionysio  
Carthusiano authore.*

¶ Accessit index rerum & verborum copiosus.



PARISIIS,

Apud Viduam Francisci Regnault, via  
Jacobæ, sub insigni Elephantis.

1554.



IN votis mihi semper fuit, quos excudēdos suscipio aucthores emendatos & correctos in lucem emittere. Quod quā gnauiter haecenus praestiterim, fidem faciēt ea, quae ante tres plus minus annos nostris praelis cōmissa, in vulgus prodierūt. At verò, cūm nuperrimē singulari cura & diligentia, D. Dionysij Carthusiani lucubrationes in Euangelia, Epistolas Catholicas, Apostolorū Actus, Apocalypsim, nonnullosq; Hymnos ecclesiasticos typis meis cōmississem, neq; deessent sacrarum literarū studiosi, qui ad Paulinas Epistolas ex eiusdē Carthusiani officina, nō dico inuitarent, sed (vt ait Fabius) quotidiano propē cōuicio efflagitarent, vtq; idem praestarem penē extorquerent, mihi, ne viderer philologis inuidere (quorum ego me cōmodis natum volo) aut sumptus pertimescere (quos ego semper hisce in negotijs spernendos duxi) virisq; doctis iuxta ac pijs (qui in tam digno labore, suam operam, atq; industriam minimē denegandā putauerūt, quorūmq; tum authoritatē tum iudiciū aspernanda minimē sum arbitratus) mihi, inquā, virisq; illis doctis, visum est, multorum exemplarium, eorumq; veterum, & propterea minus corruptorū, collatione, opus illud veluti ex integro restaurare, & à mēdis quibus, certē multis, scatebat (Augie bubile dixisses) ppurgare, ac quodāmodo reformare. Dicam quod res est: in eo inerant nonnulla praetermissa quaedā permixta, ac (vt ita dixerim) loco transposita, plurima verò tā improbē distincta, vt lectori vel Cimmerias (quod aiunt) tenebras effundere potuissent. Quae omnia vtinā hoc in opere discussimus: adnixi certē sumus, de nobis cōceptę opinioni & expectationi respōdere. Diligentiam si non maiorē (quam vtinam possim) at parem certē praestatorum me polliccor, in Paulinis, quas breui excudam Epistolis. Neq; verò paruum calcar mihi addiderit propensus tuus in me animus, quem ego mihi persuadebo satis perspectū, si nostrā hanc industriā probaueris. Probabis verò si hos nostros labores, quos vt tuorū cōsulerem<sup>o</sup> studiorū vtilitati suscepimus, qua tibi mēte offeruntur acceperis. Vale Lutetiae. prid. Id. Iul. 1554.



REVERENDO IN CHRIS-  
TO PATRI ET DOMINO, DOMI-  
NO NICOLAO VVESTE, EPISCOPO ELIENSI  
in Anglia, ac Carthusiensis ordinis fautori præci-  
puo, F. Theodoricus Loër à Stratis, Carthusiæ Colo-  
niæ. & monachus & vicarius. S. D.



V V M tanta hodie undique penè terrarum  
versetur apud homines malitia, præful orna-  
tissime idemque reverendissime, ut nullus pro-  
borù virorù in libris edendis conatus & zelus  
(quàtumvis pius, quantūvis sanctus) reperia-  
tur, qui nō ab aliquibus persecutione patiatur:  
inolevit iam non penitenda consuetudo, ut ni-  
hil novum recensue literarum in lucem edatur, maxime typis ex-  
cusum, quod non prius alicui viro heroico didicetur, qui authore  
à malevolo malignorum incursum strenuè vindicet, ac ora obstruat  
loquentium iniqua. Hinc ego iam pridem elucidationem illā præ-  
clarā Dionysii nostri in Evangelia cum dare cepissem in me-  
dium, mox illi (quod hodie fieri solet) meditabar patronum, Sere-  
nissimum videlicet dominum Angliæ regem. Neque enim illo  
magis congruum, neq; dare potuimus potentiozem. Quippe cum in  
Evangelio quidem catholicè elucubrato nemo alius debuit patro-  
cinari, quàm germanè evangelicus, cuiusmodi rex Angliæ credi-  
tur: qui vel à summo pontifice, vel à cardineo patrum cœtu dignus  
fuit merito suo vocari fidei defensor. Scripsit namque in Lutherum  
pro sacramentorum assertionè tam disertè, tamque efficaciter, ut  
nescias utrum plus armis an literis rex ille utrobique potētissimus  
valeat. Speciosior tamen est victoria multòque gloriosior, si rex ma-  
gis philosophando quàm pugnando superaverit: nec tam est rarum ar-  
mi, quàm literis atque virtute regem prestare. Itaque cum maie-  
statè eius regia longiori epistola librum nuncupare statuissem, at-  
que præ manibus abunde adfuissent hæc aliæque præstantiora lau-  
dibus



**D. DIONYSII**  
**CARTHUSIANI IN SE-**  
**ptem epistolas canonicas,**

**PROOEMIUM.**



**C**OMEDITE amici, & bibite,  
& inebriamini. Canticorum  
quinto. Deus omnipotens &  
æternus, qui ciues supercæ-  
lestis Hierusalem, sui ipsius  
clara per speciẽ cognitione  
alit & satiat: ciues huius in  
terra peregrinantis Hierusa-

B

lem, militantis ecclesiæ nõ relinquit impastos: imò  
multiplici cibo ac potu nos recreat & confortat,  
atque interim etiam gratiosè inebriat in præsentis  
nempe sacramentali corporis & sanguinis Christi  
refectione, cibo bonæ operationis, pane lachry-  
marum, pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ  
salutaris. Denique inter spirituales cibos & potus,  
quibus cælitus pascimur in hac vita, locum habet  
sublimem sacra scriptura: quæ hoc facit in anima,  
quod materialis cibus & potus agunt in corpore.  
C  
Corporalis etenim cibus & potus primò cõservant  
hominem in esse naturæ: ne per consumptionem

EXCUBAT LUTETIAE PARISIORVM  
SVIS TYPIS MAVRICIVS MENIER TY-  
POGRAPHVS, IN SVBVRBIIIS VICTO-  
RIANIS, AD DIVI PETRI INSI-  
GNE. ANNO DOMINI MILLESI-  
MO QVINGENTESIMO QVIN-  
QVAGESIMO QVARTO,  
PRID. ID. IVLII.